UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Breuiarius Moguntiu[m]

[Straßburg], [ca. 1500]

Lect[i]o s[e]c[und]a

urn:nbn:de:hbz:466:1-31634

Visual Library

℟. Ne forte veniant diſcipu-
li eius ⁊ furentur eum ⁊ dicant
plebi ſurrexit a moꝛtuis Po-
nentes milites Lectõ ſcḋa
Adheſit lingua lactẽtis ad
palatum eius in ſiti: paruuli
petierunt panem ⁊ non erat q̇
frangeret eis. Qui veſcebant
volupttuoſe interierũt in viis:
qui nutriebant in croceis am
plexati ſunt ſtercoꝛa. Et ma-
ioꝛ effecta eſt iniqtas filie po-
puli mei peccato zodomoꝛum
que ſubuerſa eſt in momento:
⁊ non ceperunt in ea manus.
℟. Hieruſalem luge et exue
te veſtibus iocunditatis: in-
duere cinere ⁊ cilitio: qꝛ in te ẽ
occiſus ſaluatoꝛ iſrael. ℣. Vlu
late paſtoꝛes et ploꝛate aſper
gite vos cinere. Quia in te.
Recoꝛdare dñe Lectio. iij.
quid acciderit nobis: intuere
et reſpice obpꝛobꝛium noſtrũ
Hereditas noſtra verſa ẽ ad
alienos: domus noſtre ad ex-
traneos. pupilli facti ſumus
abſq3 patre: matres noſtre q̄-
ſi vidue. Aquam noſtram pe
cunia bibimus: ligna noſtra
pꝛecio comparauimus. Cer-
uicibus minabamur laſſis ñ
dabatur requies. Egipto de-
dimus manum ⁊ aſſyriis vt
ſaturemur pane. Patres no-
ſtri peccauerunt ⁊ non ſunt: et
nos iniquitates eoꝛum poꝛta
uimus. ℟. Plange quaſi vir
go plebs mea: vlulate paſto-
res in cinere et cilicio. Quia
veniet dies domini magna et
amara valde. ℣. Plauſerũt
ſuper me manib9 ſuis omnes
tranſeuntes per viam ſibilaue
runt ⁊ mouerũt caput Quia.
℟ repetitur loco Gloꝛia. In
ſecundo nocturno añ. Eleua-
mini poꝛte eternales ⁊ intro-
bit rex glie ps. Domini ẽ ter
ra. añ. Credo videre bõa do
mini in terra viuentium. ps.
Dominus illuminatio. Añ.
Dñe abſtraxiſti ab inferis a-
nimam meam. ps. Exaltabo
te. ℣. Tu autẽ domine miſe-
rere mei Et reſuſcita me ⁊ re-
tribuam eis. Lectio quarta.
Quid ergo ſequitur: Ac-
cedet homo ad coꝛ altum:
⁊ exaltabitur deus Illi dixe-
runt quis nos videbit: defece
runt ſcrutantes ſcrutationes
conſilia mala. Acceſſit homo
ad ipſa conſilia paſſus eſt ſe te
neri homo: non enim teneret
niſi homo aut videtur niſi hõ
Aut colaphiſaret niſi hõ: aut
crucifigeretur ⁊ moꝛeretur ni-
ſi homo. ℟. Receſſit paſtoꝛ
noſter fons aque viue: ad cu-
ius tranſitum ſol obſcuratus
eſt. nam ⁊ ille captus eſt q̇ cap
tiuũ tenebat pꝛmũ hoiem Ho
die poꝛtas moꝛtis ⁊ ſeras pa-
riter ſaluatoꝛ noſter deſtruxit.
℣. Deſtruxit quidez clauſtra